

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARI^{II}
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Xa. 4

DISPUTATIO.

De Medicamentorum purgantium viribus.

QVAM DIVINI

NVMINIS AVSPICIO, PRÆSI

de Clarissimo Viro, Domino Ioanne Viscero, Medicinæ Doctore, & in inclyta Tübinger Schola Professore, Præceptore omni pietate & obseruantia colendo, M. Ioannes Morhardus Tübinger, Cal.

Septemb. Anni 1581. in auditorio Medicorum,
hora consueta, pro virium tenuitate
te defendet.



T U B I N G A E,

Per Alexandrum Hockum. Anno M. D.LXXXI.

IN MATERIAM HANC DE PUR
gantibus, Respondentis Hexastichon

An nota purgent vi pharmaca, nūmue latente:
Anne trahant succos, quæritur, ánce fugent?
Anturbent solum, & rapiant absq; ordine quæuis?
An certa ex ægro corpore membra iuuent?
Hæc qui scire volet, nec certum dogma tuetur:
Discere perspicuis his poterit thesibus.

A L I V D O C T A S T I C H O N

Huc veniant stirpes, fœcundæ germinaterræ,
Et quos Indus habet, quos & Iberus habet.
Huc veniant quæuis metuendo pinguia suceo
Pharmaca, quæ fortes s̄epe tulere viros.
Præsenti Medicus vos cum solamine præbet
Ægris: funesta funera pellit ope.
Mitia debilibus, quadratis fortia miscet:
Mannam dat teneris, veratra ruricolis,

D I S P U T A T I O D E V I M E D I C A
mentorum purgatriceo.

Q U E S T I O.

Multa sunt in doctrina purgantium, de quibus
docti inter se litigant, utrum nimis cathar-
tica medicamenta humores certos, an quos-
uis obuios, & ad motum paratos, purgent: ac
si certos vacuent, num ergo id faciant, an ve-
rò per sanguinem; si ergo, an causa aliqua manifesta,
vel ignota, trahant: sin per sanguinem, num per ventritudinem quan-
dam humores proprios fugent & propellant, an vero ista
expulsio fiat à sola natura medicamentis irritata.

P R O P O S I T I O . I.

Purgantia seu καθαρτικά nuncupantur in genere, quae
corpus nostrum purgant, id est, ab excrementis & prauis hu-
moribus purum reddunt, eos è corpore educendo. Sic pul-
mo purgari dicitur ab humore quocunq; vasa pulmonis ob-
struente, ac eius actiones impediente: renes item ab ares-
tulis: uterus à sanguine menstruo. Denominationem acci-
piunt à verbo καθάρισμα, quod significat expiare, iustitare,
purgare.

2. Vulgus purgantia vocat, quæcunq; ventrem turbant,
vomitum mouent, & aluum fluidam reddunt, acrimonia,
mordacitate, copiæ, aut alia molesta vi, expultricem ven-
triculi, vel intestinorum facultatem irritando, aut conten-
tricem laxando, ut infernè vel supernè excernantur indis-
cretæ, quæ in ijs continentur. Qua ratione multi à placen-
tis piperatis post cœnam sumptis, aut vino acerbiore fatus
excitante, purgantur.

3. Propriè autem καθάρισμα purgantia appellant me-

A ij dici,

DISPUTATIO DE VI MEDICA-

dici, quæ certos humores vomitu vel secessu è corpore educi
cunt: Hippocrates φάρμακα nominauit. De his solùm no-
bis sermo est, non de alijs, quæ ventrem potius turbant, quā
corpus ab excrementis purgāt & mundificant. De his verē
purgantibus quæritur, qua ratione corpus purificant, cer-
tum humorem purgando, num id facultate ἀλεωτικῇ, an
excretrice, secretrice, vel attractrice, præstent.

*opinione diuin.
se*

4. Asclepiades enim purgationes per ἀλοίωσιν quandam
fieri credit, peculiarem humorē à singulis pharmacis e-
vacuari quidem asserens, illum verò à sumpto medicamen-
to gigni, in similem scilicet ab illo conuersum, qui postea
à natura stimulata expellatur.

5. Erasistratus verò opinatus est, omnes humores in ve-
nis contentos catharticis robustis evacuari: à debilioribus
verò solūm tenuiores educi. Hos refutat Galenus in
libello de purgantibus.

6. Hippocratis vetustissimi authoris sententia fuit, ca-
thartica non secūs humores ex animalium corporibus elice-
re, quām stirpes ex terra sibi familiare alimentum allificant.
Certi ergo humoris delectum attractionemq; esse consti-
tuit. Inquit enim de natura hominis: οκόσορ ἀν χολὴν ἄγε πρῶ^{τον}
τού ἀκρητέσατν εἰκάθηε χολὴν, ἐπαταδὲ μεμιγένηρ: ιοὺ πάλιν τὰ
τοῦ φλέγματος φάρμακα, τερῶτον μὲν ἀκρητέσατον τὸ φλέγμα
ἄγα, &c. Hanc tententiā & Galenus est amplexus, asserens,
purgantia totius substantiæ similitudine atq; proprietate,
humores certos delectu quodam attrahere.

7. Galenum reprehendit Aucenna, negans fieri attrac-
tionem à similitudine substantiæ, quum ferrum non à fer-
ro, sed à magnete trahatur. Melue verò ait: Medicamen-
tum purgans non vt simile, nec vt contrarium, est purgans,
sed quia tali virtute cœlesti indutum est. Auerrhoës tractū
hunc

*25 r. de animal. med.
fol. 63. lins. 20.*



MENTORVM PURGATRICE.

Hunc purgantium à calore pharmaci fieri existimauit. Quā opinionem recentiores quidam defenderunt.

8. Nonnulli hac ætate viri, ob præclaram eruditionem celeberrimi, purgationes medicamentorum attractione humorum fieri pernegant: sed hos, aut per antipatheiam quandam extra corpus, tanquā inimicos, fugari à medicamentis, ac tandem vi partium expultrice à medicamento irritata, propelli & exturbari afferunt: aut nullam esse vel συμπάθειαν vel ἀντιπάθειαν pharmacorum cum humoribus sed naturam, hostili qualitate pharmaci incitatam, expellere humores quosuis, qui ad expulsionem sunt idonei.

9. Alij humores nec attrahi nec propelli à medicamentis putant, sed sponte ad ipsa accedere, sicuti alimenta fermentantur in stirpes.

10. Fernelius ferè in Galeni sententiam concedit, sed præter propriam & peculiarem vim, qua singula pharma-ca determinatos & congeneres humores ducūt, vnumquodque generali vi purgandi præditum esse scribit, qua in omnes humores obuios, præsertim immodicè exuperantes, aut in via subsistentes, incumbat, communiterque evacuet, maxime cùm proprio humore frustratur.

11. Intanta opinionum varietate ac discrepantia, nos absque ullius iniuria, nullo prorsus obtrectandi studio, sed veritatis solùm amore, candidè modesteque nostram sententiam exponemus, de qua doctis atque bonis viris iudicium permittimus liberrimum.

12. Initio statuimus omnis evacuationis humorum principale, ipsam naturam, seu facultatem expultricem partium corporis: Id quod expressis verbis testatur Galenus de Opt. secta ad Thrasybulum cap. 4. & in lib. de renum affect. cap. 4. inquiens: τῆς δὲ φύσεως τὸ πᾶν, οὐτη γάρ πεντεώθεος:

DISPUTATIO DE VI MEDICIS

Quis etiamque tamen iustus, christus autem misericordia tua d'uramus, &c.

*Cuiusmodi medicis per
est c.* 13. Purgationis tamen actio medicamentis quoque accepta refertur, quia habent rationem survergias & non surverios. Quod ex ipsisdem locis Galeni manifestum est, inquit enim: τὰς γαρ θεού μακταναθάνατος χοίας εἰσι τοιαῦται τὰ διάτημα καὶ αἴρεσιν: Λέγουσι δὲ συνεργαλέσσεις τῆς φύσεως, καὶ σχεδὸν μόνιμη τὴν αφορμὴν οὐδὲ τὴν αρχὴν τῆς φύσεως ἐνδιδωσι, τὰ δέ λοιπά ἡ φύσις οὐδὲ ξεντῆς ἔκπειται. &c. Dant ergo principium motus, excitando naturā ad expulsionem. Nisi enim pharmaca exhiberentur, ipsa forte non moueret.

14. Eruditè dixit Mesue: Medicamentum purgat humorē, sed natura eius actionem inchoante, limitante & dirigente. Nam ipsa humorū vacuatio naturae opus est, sed per medicamentum, ipsius naturae artificis instrumentum, &c.

*Cuiusmodi medicis per
est c.* 15. Natura quidē primū pharmaca calore nativo reducit ad actum suum, aliás enim nihil in nobis efficerent: eadem humores noxios ab utilibus separat: tandem etiam secretos, & vna ipsum quoque pharmacum, expellit: quia hoc nunquam seipsum pellit aut ejicit, nec humores ideo attrahit, ut ipsos expellat.

*Cuiusmodi medicis per
est c.* 15. Naturam purgantem multis modis iuuant medicamenta. Primum quidem ipsam irritant, & ad excretionem excitant: cuncta siquidem pharmaca naturae sunt inimica, & cum hac ἀντιτάσσεται quandam habent, corpus offendunt & turbant. Atque hæc videtur illa communis purgandi vis de qua Fernelius loquitur: & ob quam Ioubertus purgationem fieri putauit fuga humorum.

*Liberius fuga
mortis purgationis
fieri debet.* 16. Deinde eidem auxiliantur in secretione noxiorum ab utilibus succis: sunt enim instar coaguli, quod vi sua ignea primam separationis occasionem exhibet, ut partes lactis à se inuicem secedant. Ad hæc natura promptius separat humores,

MENTORVM PURGATRICE.

humores, quos pharmacum trahit: sicuti epar facilis bi-
lem secernit & pellit, quando folliculus fellis eam ad se al-
licit. Calore quoque suo, quo pleraque sunt praedita, humo-
res fundunt, attenuant: qui ita affecti, facilis à natura &
secernuntur & expelluntur.

17. Quin etiam humoribus iam à natura motis & pro-
pulsis, in corpore tamen adhuc oberrantibus viam rectam
monstrant, & quasi manu ducunt ad ventriculum & inte-
stina, vias scilicet à natura excretioni humorum molestans-
tium destinatas, ne forte vago suo motu in partes principes
cū vitæ discriminē ruant, aliosq; morbos grauiores pariant.

18. Quamobrem cathartica medicamenta non solū
έφορμην & ἀρχήν præbent naturæ purganti, sed ipsam quoq;
purgationis actionem iuvant perficiuntq;. Habent siqui-
dem in se cœlestem quandam facultatem, diuinitus toti eoruLia sit inscri patr.
omnib;
substantiæ impressam, atq; occultam συμπάθειαν, qua humo-
res, naturam corporis nostri prementes, ad se proliciunt,
ac mirifica vi imbuunt, vt attenuati secreti, tractum me-
dicamenti sectentur, & ad locum pharmaci, nisi impedian-
tur, inclinent atq; confluant.

19. Hinc perspicuum est, purgationes tam per ὕστη, quam
έλξη, perfici. Natura quippe & medicamentum purgato-
rium mutuas sibi dant operas. Medicamenta naturæ auxilio
egent, & naturæ vicissim pharmacum accommodum, suo
calore & manuductione, opitulatur. Ac tum demum facilis
utilisq; fit purgatio, quando ad irritationem, à pharmaco
factam, accedit & naturæ robustæ conatus, quæ humores
coctos & secretos aggressa est, & expellere nititur, humo-
risq; proritantis impetum cohercere, ac vim medicamenti
trahentis moderari potest.

20. Natura interdum non expellit, medicamento non la-
. cessita,

DISPUTATIO DE VI MEDICA

*Cirrūm int̄dūm
m̄ p̄s̄gānū
pellat.*
cessita, quia vel non potens est, humores lentore aut crastis-
tis contumaces propellere, vel pars præ stupore proritati-
onem humoris aut pharmaci non sentit. Magnes ferrum
trahit, nullo pellente: medicamenta verò trahunt humores,
iuante natura expultrice.

*Pharmaca m̄ solūm
p̄lūtīcō p̄sp̄m. h̄c
īt trahit.*
21. Quòd si pharmaca solūm expultricem lacescant, vt
illi putant, nullamq; humores prauos ad se trahendi vim ha-
bent, frustra Hippocrates præcepisset, turgentes humores
pharmacis ducendos esse, quum turgescentes, ac per corpus
hinc inde discurrentes, naturam irritent, ac summa molestia
afficiant. Ne autem furioso motu ad partem principem ru-
ant, aut natura ab his prostrata succumbat, consulit Hippo-
crates medicamenti purgantis exhibitionem, quod hu-
mores illos oberrantes, nec naturæ imperio subditos, ad
meatus expulsioni dicatos deducat.

*Cirrūde n̄ s̄nt
m̄ p̄s̄gānū.*
22. Idem Hippocrates cruda, quæ non turgent, medica-
mentis mouere prohibet, quia naturam non habent opitu-
latricem: Hæc à pharaco irritata, humores noxios ad-
huc contumaces, nec pharmaci tractum sequentes, fruстрà
eijcere tentat, ac labore isto defatigata exoluitur, & suc-
cumbit. Semper itaq; concurrere oportet naturæ & phar-
maci auxilium.

*S̄pontaneæ. Lætatio.
m̄r m̄b̄cō f̄nt
t̄t̄ k̄ w̄j̄ ī m̄
l̄m̄ l̄t̄t̄t̄.*
23. Spontaneæ vacuationes symptomaticæ & criticæ ab
his, quæ à pharmacis prosperè fiunt, differunt, quòd illæ solū
per ḥσιν, hæc verò non tam per ḥσιν, quām ḥλκ̄n, perficiantur.
Criticæ fiunt à natura victrice, quæ à materia interna, cui
ipsa dominatur, prouocata est: Symptomaticæ à natura fiūt,
lacesita à violentia morbi, aut materia, quæ naturæ imperio
non est subdita.

*S̄i imp̄lūm̄lā
m̄m̄s̄s̄.*
24. Purgationi symptomaticæ similis est, quando tur-
batur aluus medicamentis, quæ pungendo ac molestando
extimulant

MENTORVM PURGATRICE.

extimulant expultricem, nec tamen vim tractricem certi humoris obtinent, aut non morbificum humorem trahendi facultate sunt prædita: aut analogian quidem cum humore morbifico habent, hic tamen nondum coctione naturæ suæ restitutus est, nec etiam ab utili secretus, unde nec tractum pharmaci sequitur. Salutaris verò atq; criticæ similis est medicatio, quando causa morbifera naturæ pellenti ac medicamento trahenti cedit & obsequitur.

25. Præcipit quidem Galenus purgantia acria valde, & mordacia, non exquisitè terenda esse, sed crassiuscula propinanda, ne vel nimium vellicando ὑπερκαθαρσίη faciant, vel promptè per corpus distributa, non amplius per aluum vacuent, sed urinas tantum commoueant. Mesue colocynthidis medullam tenuissimè pulueratam innocenter purgare scribit, nā portiones huius crassiores, ventriculo aut intestinis diu adhærentes, ea exulcerare. Actuarius & Paulus grana lathyridis integra deglutienda esse suadent ijs, qui imbecilliore sunt ventriculo, ob pharmaci vehementiam & acrimoniam, quæ si comminuta essent, validius ac diutius stimulando, strenuius purgarent, ac ventriculum magis læderent.

26. Ista tamen non probant, purgantia nihil aliud facere, quam vt virtutem expultricem irritent, nullaq; vi trahendi pollere. Illa namq; præparatio pharmacorum conduct ad hoc vt tutius purgent, absq; periculo nimirum τῆς ὑπερκαθαρσεως, & læsionis viscerum.

27. Plurima quoq; sunt acria medicamenta, quæ ventrismordacitate sua sunt molesta, non tamen purgant, nisi incorpore valde repleto, multisq; superfluis succis onerato, quod fortè sponte sua illos expulisset. Nec verè purgant, quæ solum expultricem irritant. Nam per hæc humores

B res

DISPUTATIO DE VI MEDICAMENTIS

res quiuis in primis vijs obuij absq; vlo discrimine & sine
ægri alleviatione excernuntur. Quo modo turbatur aliis
Quod dicitur sive super
et pharmaci puri in ijs, qui odorem pharmaci ingratum senserunt, aut cibum
aliquem cum horrore atq; nausea sumpserunt, nam expul-
trix rationis aut phantasiæ iudicium secuta, ad expulsionem
excitatur eius, quod naturæ inimicum esse statuitur.

Venena hactenm
atque corporis tur-
bantia, non tamen
purgant. 28. Venena, etiamsi naturæ sint valde inimica,
corpusq; vehementissime turbent, non cuncta tamen pur-
gant, aut ventrem soluunt.

Cum ratiōne purgant
medicamenta. 29. His rationibus moti, concludimus, purgatoria medi-
camenta irritare quidem expultricem partium facultatem
(id enim quis neget:) sed præter illam ærtititabiliap, qua no-
bis horrorem & fastidium parciunt, aliam habere peculia-
rem vim purgatricem, hoc est, purgare humores non solùm
viturbatrice, qua corpori nostro sunt infesta, sed etiam tra-
ctrice, qua certis humoribus amica & familiaria censemur:
atq; adeò expulsionem excrementorum per purgantia, non
sieri à natura expellente, quam medicamentum nihil
iuvet.

30. Sed quomodo medicamenta cathartica naturæ auxi-
liantur? Id ex superioribus iam liquet, sed repetamus bre-
Catartica quo nunc
nominantur.
Manifesta et occulta
autem manifesta. uiter. Iuvant naturam aliás manifesta notaq; facultate: aliás
autem occulta virtute.

31. Manifesta quidem vi expulsionem naturæ iuvant
pharmaca purgantia, aut lentore suæ substantiæ intestina
lubricando, illorumq; facultatem retentricem relaxando:
aut fæces emolliendo: aut abluendo & abstergendo eadem,
vel etiam exprimendo: aut morsu expultricem extimulan-
do: aut calore liquando & attenuando humores, vt sint
ad motum habiles.

32. Occulta & latens facultas in purgatorijs triplex est.
Vna

MENTORVM PURGATRICE.

Vna, qua toti naturæ nostræ sunt aduersa, & hanc, absqo uia ha*n*is mi*hi*,
vlo caliditatis aut morsus vestigio, turbant & stimulant,
sicuti radix mechocana, ferè insipida & inodora existens,
interdum corpus satis exagitat, abdita quadam & vltimæ
læg: hanc medicamenta purgantia communem habent cum
venenis: & propter hanc cuncti, naturali quodam instin-
ctu, ab vsu pharmacorum abhorremus.

33. Præter hanc communem vim, habent aliam pœcul-
arem, quæ sua est cuiuscp medicamenti, humor i certo in no-
stro corpore familiaris & & valoyθ. Sic elleborus niger da-
tus, succum melancholicum potius educit quā alium. Hac vi
differunt pharmaca purgatoria à venenis, quæ nullā habent
cum humoribus nostris & vμωάθαεp. Conueniunt verò cum
alimentis: nam vt hæc, à calore nostro euicta, in humores
corpus nostrū nutrientes vertuntur: ita & purgatoria quæ-
dam, si non purgent, vertuntur in humores vel nutrientes, purgantia in humo-
vel alàs congeneres ijs, quos educere solent.

34. Tertia latens facultas est, qua humorē propriū
ducunt ad ventriculum, aut intestinā, regiones scilicet à na-
tura excrementis destinatas: sicuti hysterica vim suam &
aliorum ad uterum: diuretica ad renes perducunt. Vnde
elleborus umbilico adplicitus, autore Fernelio & Fallo-
pio, acres de se fumos ad stomachum fundens, vomitum
ciet.

35. Triplices istæ vires à similitudine proprietateue, &
dissimilitudine totius substantiæ, ut Galenus loquitur, pen-
dent ac promanant. Amica sunt, dum prauos humores
educendo, nobis benefaciunt: inimica, dum vim in-
ferunt, & turbant corpus atqe exagitant, grauiacp sym-
ptomata pariunt. Ista varietas virium in diuersis substanciæ
partibus, sub una tamen forma vniuersali comprehensis
B ij ac defini-

DISPUTATIO DE VI MEDICA-

ac definitis, consistit. DEVS enim pro sua immensa bonitate atq; φιλανθρωπία, vt saluti nostri corporis quām optimē prospiceret, varias vires in vnum medicamentum miscere voluit, vt partim succos valetudini nostrae incōmodos, familiaritate aliqua, ex profundis latebris ad se foras prolicheret, partim verò, ob dissimilitudinem, mox p loca conuenientia, vna cū humoribus adductis à natura expelleretur.

*Ceterum carmine nunc
ignoramus nisi
vires.*

36. Facilis ergo est solutio sophismatis, quod obīciunt Galeno: Si purgatoria humores ob substantiæ similitudinē trahunt, etiam ipsi humores erunt ex deleteriorum genere, cùm pharmaca vim deleteriam habere credantur. Cæterū pharmaca, vt dixi, ex diuersis constant substantijs, quarum vna humoribus est amica: altera autem toti naturæ aduersa, qua humoribus nequaquam similia sunt.

*Quæ si humor
trahat pharm
acum.*

37. Quærat iam quis, qua vi, manifestāne, an occulta, trahant humores pharmaca purgatoria. Nonnulli attractio-
nis huius causas manifestas esse opinantur. Nam eā vel caloris ratione fieri dicunt, vt cùm thapsia parti admota san-
guinem allicit: alij primum quidem attrahendi principium ob calorem fieri putant, sed integrum sequi euacuationem.
vi & metu vacui, & consecutione quadam.

*Calor qdce
quid trahit*

38. Quanquam autem calor sit attrahere, non tamen hoc magis quām illud trahit calor, sed absq; vlo delectu attrahit leuia, & obvia quæq; tractui parata: atq; sic omne pharmacum purgans primo loco tenuiores semper humores educeret, quod melanagoga non faciunt: multa præterea sunt calida tenuiaq; medicamenta, quæ nequaquam purgant. Calor itaq; non est verum huius attractionis *κίτηρ*, et si ad eam conferat, quia attenuando, & dissecando humores reddit fluxiles, atq; vias aperit tractis humoribus. Sic & succinum, postquam attritu incaluit, paleas & pilos trahit.

Idem

MENTORVM PURGATRICE.

Idem de vacuo responderi potest, nam istius ratione non plus unus humor altero traheretur, sed obuius quilibet.

39. Galenus similitudine & familiaritate substantiae censet purgantia medicamenta aut hos aut illos trahere succos, sicuti quilibet animantis particula sigillatim familiare sibi alimentum attrahit: magnes ferrum, non plumbum, nee aurum trahit.

40. Quæ verò sit ista substantiae similitudo, inter purgatorium trahens, & humorem tractum, alius aliter explicat, Mesue & alijs quidam Galenum carpentes, per similitudinem substantiae intelligunt modum consistentiae & primarum, qualitatum contemperationem seu crasis: nullam verò dicunt in agarico substantiam esse pituitæ, quam trahit, similem, sicut nec crasis, nihilq; præter albedinem commune habere. Nā agaricus leuis, porosus, & rarus amarusq; existit, temperamentoq; calido: pituita verò frigida est, crassaque, & lenta atq; insipida: Rhabarbarum solidæ crassæq; substantiae existens bilē ducit, quæ tenuis humor est: colocynthis calore insigni prædita, saporeq; amarissimo, pituitam frigidam dulcemq; trahit.

41. At Galenus nequaquam de similitudine illa, sensibus manifesta, loqui videtur, sed de occulta, quæ est in toto composito, seu in certa quadam rataq; ex elementorum qualitatibus & materia proportione, cui forma medicamenti vim essentiæ suæ diuinam commiscet. Hanc alibi Galenus magis propriè ιδιότητα τῆς ὄλης ὕσιασ, & Mesue colestem virtutem vocat, quæ ad temperaturam accedit: hac vnumquodq; ait agere id, quod sibi proprium est, pro formæ natura & motione insita. Hæ proprietates à forma maximè promanantes, sunt οὐνάμες φυσικὲ, qualitatū verò est similitudo, non substantiarum.

B iiij 42. Licet

DISPUTATIO DE VI MEDICA

42. Licet verò proprietates istæ formam potissimum sequantur, quæ tota, vel præcipua rei substantia essentiaçp appellari potest, ab hac etiam sejungi nunquam possint: non male tamen totius substantiæ proprietates dicuntur, quia ex coniunctione omnium eorum, quæ substantiam constituunt, formæ nimirum, atq; certæ elementorum materiæ, & qualitatum analogiæ, dependent, nec vel in $\pi\varphi\alpha\sigma\mu$ solùm, vel materiali, vel viam manifestam causam, referri omnino possunt.

43. Tam arctus verò est formæ cum materia connexus, ut vel post animæ à corpore separationem vestigia illius coniunctionis remaneant, quamdiu insiti illius caloris humorisçp, quo prius vita conseruabatur, reliquiæ manent. Non enim cessante vita plantæ cuiuscq; nondum corruptæ, cætera formæ $\tau\omega\theta\eta$ & $\tau\eta\gamma\eta\epsilon\alpha\eta$ euanscere necesse est: quia natura est superstes, quæ elementorum compagem retinens, formæ rationem habet, ac post vitam extictam conseruat vires, quas anima in materia produxit, in totam corporaturam diffundens. Hæc ergo mouet effectus, qui antè in planta viuente $\tau\eta\gamma\eta\epsilon\alpha\eta$ erant sub forma vegetabili. Radix Rhabarbari iam exanimata vi purgatrice adhuc pollens, non est cadauer, omni sua forma spoliatum. Postquam enim hac priuatur, vnâ cum odore saporeçp omnes vires medicas amittit. Agit verò tam anima quām natura per $\pi\varphi\alpha\sigma\mu$, quæ absq; forma, comprehendente ac definiente elementorum materiam, existere nequit: Anima, vel natura, $\lambda\circ\gamma\circ\sigma$ est, $\alpha\circ\gamma\circ\sigma\circ\alpha\mu$ mixtionis elementorum determinans.

44. Galenus itaq; similitudinem substantiæ, seu propriatum totius substantiæ, causam attractionis statuens, intelligit tacitum quendam consensum harmonicum medicamenti

MENTORVM PURGATRICE.

camenti purgatoriū cum uno aliquo peculiari humore, qui <sup>Enīd Galb. p. 11. pro
priatatis subdit. intelligat.</sup> consensus consequitur compositionem ex forma & materia, nobis ignotam: Ab hoc in humoribus est inclinatio quædam ad patiendum, ut se trahi ab illo medicamento patientur, cedantue medicamento trahenti: in hoc autem est potentia naturalis actiua, humorē illum trahens. Talis inter attrahens medicamentum & attractum humorē ~~trahens~~, cæcāq; potestas, cuius gratia alterum, quoī maiorum est virium, trahit, alterum trahenti non repugnat, à Galeno non male similitudo totius substantiæ nuncupatur, & causa huius actionis statuitur.

45. Talis similitudo etiam est inter cibum nutrientem & corpus nutritum. Ob hanc asinis & equis palea: Coturnici helleborus: Sturno cicta cibus est: Teste Galeno 2. de alim: 6. & 6. de sanit. 3. Hæc enim si absit, nulla fit nutrītio. Ea verò est similitudo non solùm qualitatum in materia mutationibus coctionum apta, sed etiam formæ, quæ spiritum quendam vitæ & caloris benignum continet.

46. Nec cnicus ob id pituitam trahit, quod illi colore similis, sed quod ea facultate, cœlitus illi impressa, prædictus sit. Galenus tamen lib. 3. Sympt: 25. manifesta qualitatum similitudine monstrare voluit occultam, quam experientia cognouit ex eo, quod ex cnico sumpto, si purgandi facultate frustretur, pituitam digni didicit: atq; inde colligit, similitudinem quandam inesse substantijs cnici atque phlegmatis, non tamen quæ actu, sed quæ potentia insit. Si nulla substantiæ similitudo, inter cibum & corpus nostrum interueniret, nunquam cibus in nostram substantiam permixtari posset. Vt ergo cibus potentia est id, quod corpus nostrum est actu, id est, similis est nostræ substantiæ, facile

DISPUTATIO DE VI MEDICIS

facile enim fieri potest idem quod nos sumus: ita enīcūs similis est potentia phlegmati, non quidem temperamento, sed substantiæ, nam sāpe permanente substantia pereunt temperamenti qualitates.

*Ex quo similes sibit
in se agant. Et c. 47.* Ita verò in se inuicem agunt similes substantiæ, aut potius harum proprietates, ut semper efficacior, & quæ maiorum est virium, agat in debiliorem. Quare pharmaca cum humorē potius, quam humor pharmacum trahit, quia maior est perfectio in pharaco, ratione adiuncti caloris maximè, quam in humore purgando. Quando ergo pharmacum victum in alimentum corporis vertitur, non ab humoribus vincitur, sed à partibus solidis, quarum actio est alteratio, & cum his similitudinem habet alimentaris succus, qui pharaco est admixtus.

*Circa similitudinē
trahantur hanc.* 48. Non itaq; quævis similitudo, qualis alimentorum est, sed similitudo proprietatis actiuae, causa est tractionis certorum humorum. At alimentorum proprietas est passiva, ut scilicet tota à calore nostro victa, materiam præbeat humoribus nutrientibus & excrementitijs, non vt hos trahat: purgatorij solūm ista facultas tractrix concessa est: *alito ex pharaco
est differentia ex
humoribus agor.* Alimenta, quatenus alimenta, tota sunt similia, ideoq; tota quoq; superantur, suntq; minorum virium, quam vt agere & trahere possint: at purgantia partes habent aliquas naturæ nostræ inimicas, quare assumpta retinent has in sua natura integras, nam his victis trahere cessant, suntq; alimentorum instar.

*Circa sana corpora
difficiliter purgantur
ferantur.* 49. Sana corpora, quibus purgatoria exhibentur, autore Hippocrat. 2. aph. 36. & 37. & 4. aph. 16. difficulter ferunt mediciones, & statim debilitantur, quia, inquit, Galenus, pharmaca familiarem humorē non reperiens, sanguinem & carnes colliquat, vt ex ipsis proprium attrahat

MENTORVM PURGATRICE.

trahat humorem. Etiamsi verò quis non concedat, ex ipsis carnibus attrahi humorem congenarem: has tamen colliquari ac debilitari necesse est, si succo sibi familiarī priuantur: cùm ex venis, iam exhaustis, non mox reponitur quod est disperditum. Spiritus quoq; qui sunt partium solidarū pars, dissoluuntur. Cùm autem in venis, habituq; corporis sani, non adsit humor morbificus, natura autē utiles succos retinere studens, vehementiusq; à forti pharmaco lacesita, nec tamen habens humorem molestum, quem trahenti pharmaco concedat, coacta tandem, humores probos & amicos effluere sinit, non sine magna lucta, & virium prostratione.

50. Accedit, quòd pharmacum intestino adhærens non tam expeditè elui potest, nullis excrementis liquidis adfluentibus. Omnis autem euacuatio laboriosa est, quæ solùm ab expultrice, pharmaci morsu stimulata, perficitur: Nā humor, nisi trahatur quoq; à medicamento, in medio itinere hærens, tormenta aliasq; molestias creat. Quod evenit quoq;, quando humores sunt crudi: hi enim nec naturæ pellenti nec medicamento trahenti cedunt, quia ex parte amissa est similitudo proprietatum, propter putredinem, qua nonnihil correcta per concoctionem, rursus naturæ sequestranti & ex pellenti obediunt, secretiç; ad locum pharmaci trahentis properant: sin alterutrum horum non fit, tum aut nulla aut violenta sequitur purgatio.

51. Sana corpora semper quidē generāt phlegma bilemç;, nullcs autē humores excrementios habēt in vasis habituq; corporis, quem vehementiora pharmaca, de quibus Hippocrati sermo est, maximè petunt. Nam illos renes, splen, folliculus fellis, & propagines ab his disseminatae, ad se trahunt, ac dum ijs fruuntur & oblectantur, retinent. Utiles verò succos pharmaca naturæ robustæ non nisi per magnam vi-

C lentiam

DISPUTATIO DE VI MEDICAMENTIS

Ientiam extorquent.

*In genitivo pharma
ea trahant humores.* 52. Ad quem verò finem aut fructum medicamenta trahant humores, dicere admodum est difficile, nam id in naturæ sinu repositum putamus. Mortua & inanima vix sibi in agendo proponunt finem, et si attractio non lateat. Ferrum appetitu naturali, iussuq; DEI, sua sponte mouetur ad magnetem, simili fine trahentem, ut eo nimis perficiatur vel conseruetur; sicuti aërea petunt aëris regionem, terrea deorum feruntur, ut acquirant maiorem perfectionem, aut priorem conseruent in proprijs locis, autore Auerrhoë. Eodem modo dicimus magnetem ferrum, succinum festucas trahere, argentum viuum ad aurum ferri: Rhabarbarum quodammodo medicamentum esse bilis, quare eam trahat naturæ quodam instinctu, ad salutem nostri corporis. Quod verò attractos humores non retinent, id aliena culpa fit, non enim pharmacum eos expellit, sed pars irritata & pharmacum & humores unâ extrudit.

*An rugosum humor
ni trahunt* 53. Non itaq; vim adferunt humoribus medicamenta, nec violento motu eos ad se cum impetu rapiunt, quia tractum eorum citra ullam vim sequuntur, & verum est quod dicitur: simile non adfert vim simili. Quare & medicamentorum tractio benigna est, non turbulenta actio. Si quæ verò nosolestia ex assumpto pharaco incidit corpori, ea non est ob humoris similis attractionem, sed ob alias prauas & inimicas pharmaci qualitates, ventriculo ceterisq; partibus aduersas, unde nauseæ, deliquia animi, tormenta sapientiæ in medijs purgationibus apparent: Et Hippocrates 4. de morbis dixit, turbulentum pharmaca motum facere.

*Circum purgantem
humores* 54. Sed quo nodo vis pharmaci purgatoria, trahit humores similes: Quia vis illa purgatrix medicamentis non actu, sed potentia inest, fit ut dum à calore nostri corporis in actu reducitur, vinculis naturæ soluta, & medicamenti substantia

MENTORVM PV RGATRICE.

attenuatur, partes eius tenuiores vertantur in substantiam vaporosam seu spirituosam, quae partim per vasa, cum sanguine spirituque, partim per cæcos & occultos ductus quoquouersum in omnes corporis regiones effunditur, halitus instar nō quiescentis, sed ab una parte ad aliam propulsi, virtutem suam speciei multiplicatione extendens.

55. Horum vaporum intermedio pharmacū humores sibi congeneres propria & amica qualitate imbuit, calore suo interim attenuans, ut separari à reliquis succis queant: Altera verò sua qualitate aduersa solidarum partium facultatē expultricē stimulat, & ad secretionem expulsionemque proritat. Secretum postea & à natura expulsum humorē crassior medicamenti substantia, in ventriculo aut intestinis etiamnum persistens, vi attractrice sibi insita ad se trahit, nisi obstatu lo quopiam impediatur. Inchoatae itaque attractionis continuatio fit à partibus, quae in ventriculo remanserunt.

56. Reliquæ quoque corporis partes, à spirituosa illa substantia, & ab excrementis transeuntibus lacescit, ac per ventriculi consensum incitatæ, suas quoque superfluitates unā destrudunt ad ventrem iam laborantē, hic tandem grauatus, vincens tamen & superans magna vi ac impetu, tam medicamentum quam humores attractos, & ab alijs partibus eò depullos, expellit. Quod si autem sumptum pharmacū, ob partium tenuitatem prope totū in fumos atque vapores resolutū, mox in habitu corporis distribuitur, tū nulla sit euacuatio per aluum, sed vel urinas vel sudores mouet, vel viscum prorsus in humorē cognatum mutatur.

57. Quod autem tenuior quædam medicamenti, in ventre subsistentis, portio in venas irrepatur, patet ex eo quod Rhabarbarum, sena, & alia crassioris consistentiae, odore & colore suo virnam inficere soleant. In violentis pharmacis, quae calidissima sunt, tenuissima pars, aut potius qualitas spirituosa,

C ii ab om

DISPVTATIO DE VI MEDICAE

ab omnibus explosa, ut potest toti naturae aduersa, mox in to-
tum habitum procul diffunditur, nec ea lotium inficitur.

*Per quas vias humores
inveniuntur* 58. Verum per quas vias pharmaca trahunt humores: Le-
uiora sanè medicamenta à visceribus in venas, ab his per iec-
cur ad intestina & ventriculum, valentiora per occultos me-
atus quoque ab extremo corpore, in ventrem adducere humo-
res videntur: nam & hydropicorum aqua ex abdominis ca-
pacitate, in vesicā & intestina rapitur, corpus siquidem nos-
trū, autore Hippoc. in rō forasque perspirabile est. Nam in
empyicis quoque humor crassus p̄ densā, ut apparet, mēbranā
in pulmones traducitur, aliās enim nō reiçeretur p̄ tuſsim.

59. Oportet autem vias istas non impeditas aut occlusas
esse, quia vis medicamenti tractrix, & naturae expultrix, aliās
impeditur. Humorem quoque purgandum decet aptum esse ad
fluendum, non crassum aut glutinosum, nec crudum, alijsque
humoribus omnino implicitum: talis quippe difficulter &
secerni & expurgari potest.

*Cūm cīnaro. p̄ ser 60. Quod si ob humoris ineptitudinem & contumaciam,
vias impeditas, medicamentum proprio suo humore fru-
stratur, tū natura, qualitate pharmaci inimica stimulata, quē-
uis obuium humorem expellit, qui scilicet aut ad fluendum
est aptissimus, aut immodicē exuperans vim expultricem
magis molestat, aut in via purgationis subsistit, id verò non
sit absq̄ terminib⁹, vertigine, alijsque accidentib⁹ grauibus.*

61. Hinc fit, ut melanogogum exhibitum prius detrahat
pituitam, non humorem melancholicum (illa enim plerumque
in ventriculo intestinisque redundare solet, hyberno maximē
tempore, & in corpore phlegmatico) aut prius bilem purget,
circa primas venas occurrentem copiaque vel corruptela na-
turam proritantem.

62. Omni verò purgatione frustrantur pharmaca, quan-
do ipsa

MENTORVM PVRGATRICE.

do ipsa sunt inutilia, aut non in iusta dosi exhibentur, aut à calore nostro non eliquantur, nec in actum reducuntur, vel ob nimis duram & compactā substantiam, vel ob caloris imbecillitatem, non potentis soluere vincula, quibus virtus purgatrix est ligata: accidit idem, quando medicamentum in humore aliquo viscido & crasso est inuolutum & obductū: aut quando calor noster ex toto vincit pharmacum, ut pereat simul substantia illa purgans. Ut cùm ob tenuitatem totum, in fumos resolutum, sudores tantū mouet aut vrinas, & cum quoq; vis medicamenti vnā cum humore familiari per cutim aut vesicam, vtpote per loca vicina, à natura expellitur, aut vis trahens per *Διατροφήν* omnino dissoluitur.

63. Galenus pharmacū purgans, à calore nostro ita euictū, ut non purget, vel in alimentum corporis, vel *τὸ φθερτικός*, *τὸ θλυπτικός*, conuerti scribit, & quod corpus non lædit, generare vnumquodque eum humorem, quem vt familiarē ad se allicit Fernelius & Fallopius distinctè magis loquuntur: nam benigna pharmaca, si à calore victa non purgent, dicunt facessere in corporis substanciali, id est, mutari in sanguinē biliolum, pituitolum &c. Mediocria verò verti in humorē excrementitium alendo corpori minimè idoneū, nisi sanguini mixtus sit, congenerē verò illi, quem trahere consuevit. Maligna verò, atq; vehemētia, verti in putredinē, venenata & noxia qualitate præditā: sic scammoniū gignere in corpore humorē præter naturā, qui respondeat naturae pharmaci, ex quo genitus est, habereq; aliquid putridi & mali.

64. Non tamen purgantia, teste Galeno & epid: 6. cōm. 5. propterea θανάσιμæ & κανθρηγæ rectè dicuntur, etiā si ultra modum exhibita nos intercidere possint. Ea enim scilicet *Διατροφής* propriè vocantur, quæ in corpus accepta, nullo vncū tempore neq; ægrotantibus, neq; rectè valentibus opem ferunt.

C iij Sed

DISPUTATIO DE VI MEDICIS

Sed purgantium usus, si tempestiuè, ac debito modo exhibentur, vtilis esse potest. Nec exhibentur à medicis probis, nisi malefica eorum vi fracta & castigata.

65. Quando quidem debito modo purgant, nequaquam nos necant: solū alterant, nō corruptunt corpus, vt venena:
*purgantia sedunt
corpus nō corruptunt* Et absq; insigni noxa expelluntur, suis tamē qualitatib; qui busdā ventriculū, aut alia viscera nō nihil lædunt: noxaq; illa additis aromatis & alijs, potest corrigi: cū emolumēto quoq; toti corporis est cōiuncta, id enim prauo humore exonerat.

66. Idcirco purgantia nō sunt venena, quia nec qualitatis alicuius manifestæ excessu necant in sua dosi porrecta: nec cor & spiritus substantia sua corruptunt, vt aconitū: nec vi septica, vt arsenicum. Venena autē à calore nostro non euicta, interficiunt nos. Sed cathartica solū euicta corruptunt substantiam corporis nostri, conuersa scilicet in succū phægorū, qui retentus massam sanguinis mora sua corruptit, quemadmodum frumenta putrida in ventre corrupta malignos gignunt humores: & hac quidem ratione appellantur malefica.

67. Sed & hoc quoq; mali habent, quod ἀπολύχονται τῆς καθάρσεως, sua mora plus lædunt viscera, ac spiritus exagitant diutius, commouentq; humores, qui non educti, omnium viscerum coctionē impediunt, & alias nouas noxas inferunt. Tertiò, ob effrenē vim purgādi, seu excessū purgationis, quē ὑπερκαθάρσιψ vocant, interficiunt, dissolutis nimirū viribus.

68. Prudenter itaq; Fernelius purgantia medio loco scribit esse inter alimenta & deleteria, cùm necq; in nostram substantiam conuerti, vt alimenta, necq; hanc prorsus sua natura corrūpere aut absumere soleant, partim similia partim dissimilia nobis existētia, vt alexiteria: dumq; nec vincī omnino, necq; vincere possint, inimica dissimilitudine, velut per seditionem

MENTORVM PURGATRICE.

sionem ejici ac exterminari dicit, secum interim similitudinis necessitudine eum humorem abducentia, cum quo maior erit affinitas &c.

69. Galenus quoq; lib. 3. Simpl. 24. recte monet, nō omnibus purgantibus οὐναμιμηλητήριον admistam esse: aliqua enim non facere iniuriam, purgatione frustrata, sed concocta in alimentum corporis cedere. Et 2. de vici: acut. 12. loquens solū de purgantibus illis vehementibus, quibus Hippocrates utebatur, caute sic ait: ἐναντία γάρ εἰσιν φύσις ἀπόστωμ τῶν καθαιρόντων φαρμάκων ταῖς τριψ καθαιρομένων σωμάτων, καὶ οὐδὲς ἄλλη εἰσοίτις, διεθριός τε καὶ μηλητήριος ἀπόστωμ, &c.

70. Purgatoria tamen quæda dicuntur medicamenta venenosa, ut quæda alimenta medicamenta cognominantur, quia habent aliquā in se vim naturæ nostræ inimicam, qua viscera offendunt, partim manifestā, qua exempli gratia, corpus inflamant. ut Euphorbiū: partim occultā & latente qua turbat & exagitat corp̄ nostrū, ut venena. Aliaverò in veris venenis vis est, qua cora substantia oppugnat cor, & delēt spiritū.

71. Porro οὐαρηκάθασος, seu effrenis expurgatio, fit, ubi natura, quæ est præcipue αἴτιον vel languens, vel vehementius lacepsita à medicamento impetu humoris aut vim medicamenti cohercere & reprimere non potest. Quia de causa postquam humor proprius iam est detractus, reliqui quoq; cum magna virium dissolutione extirbantur, donec tandem & sanguis effluat. Quanquam epatici interdum à leui purgatione sanguinem excernunt, per venarum mesaraicarum reserationem, aut obcopiam sanguinis in his venis.

72. Post proutrum quidem prius euacuantur tenuiores humores, & ad fluendū aptiores, ac in vijs hærentes: deinde crassiores, atq; ad motum segniores: postremo loco sanguis, nam hunc natura, tanquam thesaurum quendam vitæ, quandiu

DISPUTATIO DE VI MEDICIS

quandiu potest, retinere studet: atq; cæteri humores, utpote omnes excrementitij, maiorē inter se familiaritatem habent, quām cum sanguine. Non tamen humores reliqui ex toto ante sanguinem vacuantur, stante enim vita, autore Hippocrate, necesse est, vt in corpore quatuor succi reperiāntur.

*Quæ postimma ī se 73.
Gacōtus co.*

Potissima verò causa τῆς ὑπερκαθάρσεως, teste Galeno, lib. 3. Simpl. 28. est mordicatio medicamenti portione sua villis ventriculi aut intestinorum adhærentis, aut aliena qualitate perpetuò irritantis expultricem venarum, cùm primarum, quibus ipsa pharmaci substantia inhæret, tūm etiam aliarum partium, quæ ob consensum primarum vehementius incitantur, vel ad quas vapor, aut saltē qualitas medicamenti per continuationem propagatur. Hæc ergo non ita statim motum istum sistere potest: ipse quoq; motus humor mordax venarū oscula recludit, ac diu lacerando ipsas debilitat, retentricem facultatem deīscit, vt humores quoq; utiles nō detineant. Vehementius autem expultricem incitat medicamenti purgantis violentia, quæ vel à nimia eius quantitate, vel malignitate, mordacitate non fracta, aut adhæsu pertinaci, existit: vt facit colocynthis crassiùs puluerizata, scāmonium nimis exquisitè tritum, aut si sceniticum sit. Præcipueq; hoc fit, si corpus sit prauis humoribus repletum, nam hi moti, plus expultricem proritant.

74. Quamobrem effrenis humorum purgatio, seu ὑπερκάθαρσις, non probat, vniuersam medicamentorum purgationē, à vehementiore solūm vaſorum mordicatione existere absq; vlla vitractrice. Nam ὑπερκάθαρσις non fit à tractu medicamenti, nisi per accidens: Poi quam enim familiaris humor eductus est, merito cessat medicamenti tractio quanquam perduret irritatio. Omne siquidem agens tam diu agit, dum adest passum.

75. Restat

MENTORVM PVRGATRICE.

75. Restat ut demōstrem⁹ singula purgatoria medicamēta non promiscuē quemuis, sed certū aliquem humorē ē corpore detrahere. Id verò in primis docet ipsa multorū seculorum experientia, quā perpetuus omniū prop̄ medicorum, ab Hippocratis ætate ad hæc nostra tempora, consensus confirmat & comprobat. Hæc ostendit cholagogon ictericis datū, multū bilis, idq; felici successu, educere: idē hydropicis propinatū, neq; bilis multū elicere, neq; prodesse. Istum consensum tam diuturna medicorū obseruatione stabilitum, negare aut conuellere valde absurdū est: nec id absq; summa rerum medicarum perturbatione fieri potest.

76. Nos itaq; consensum veterum & optimorum medicorum sequentes, statuimus, vnum humorē feliciūs hoc quam alio medicamēto vacuari. Ista experientia conuicti illi quoq; qui Hippocratis in scholis medicis receptum & adprobatum dogma oppugnant, confitentur, medicamentorum purgantia nonnulla flauam, aliqua nigrā bilē, alia pituitam aut aquā educere: id verò potentia medicamentorum tractrici adscribendum esse negant, & diuerso modo expultricem solum à pharmacis pro suæ temperaturæ diuersitate irritari putant.

77. Bilem, inquiunt, & aquam non multam ē primis ductibus ducunt, quæ leuiter irritant expultricē, bilis enim facile expellitur, cū leuis, tenuis atq; mobilis sit, suaq; sponte quotidie p̄ intestina descēdere soleat: quæ aquā ducunt, validius stimulant, illa siquidē non in primis continetur meatibus. Idem dicunt de phlegmate atq; de humore melancholico. Deniq; concludunt, naturam hunc vel illum humorē tantum p̄o irritantis causæ mole & viribus extra corpus ejcere: adeoq; quædā medicamēta magis uno quā aliote corpore prodesse, magisq; conuenire in vnius quā alterius humoris redundantia, quod plus minūsue naturam stimulent.

D

78. At

DISPUTATIO DE VI MEDICIS

78. At rationem illi reddere nequeunt, quare scammoniū quod inter purgantia vehementissima censetur, bilē potiūs quam pituitā: colocynthis nō bilem, sed phlegma euacuet: curcholagoga febris biliosis opitulentur potiūs, quam phlegmagoga, cùm & hæc ex illorum hypothesi bilem ducere deberent. Certè & scammonium morbis pituitosis conferret, fortiter enim expultricem extimulat.

*Cūq; q;na diuerſos humores
nō a diuerſis carunculis
ar purgantiis iuuentur* 79. Sed aliud quærunt effugium, causam purgationis diuersorum humorum referentes ad facultatem secretricem, quam medicamentorum calor iuuet vnos humores ab alijs separando ac diuidendo. Necesse autem est, vt hīc denuo ad vim aliquam medicamentorum occultam confugiant, qua scammonium, exempli gratia, bilē potiūs separet, quam alios succos. Sed huius ratio tam est inueni difficultis, quam cur pharmaca certos humores trahant. Imò huius inuentio longè facilior est, cùm huius tractionis, quæ ratione similiū proprietatum fit, plurima exempla in natura rerum extent. *Alexipharmacis cur
ta immixta ad de
alliciū eō oppri
gnant* Multa enim sunt alexipharmacæ, quæ certum veneni genus ad se alliciunt & trahunt.

80. Si sola medicamentorū quantitas & vehemētia morbos per euacuationem tolleret: sufficienter duo medicamentorū genera: vnum, quod tenues & propinquos; alterū, quod crassos & remotiores educeret. Ad qd ergo Deus Opt. Max. tam multiplicia pharmacæ, quæ purgādi facultate pollēt, cōdidit:

81. Leuia sanè medicamenta crassiores fæces ducunt, quia intestina tantūm laceſſunt, sunt ergo ἐκκατερωτικæ. Vehementoria à remotis ducunt excrementa, quæ sua natura sunt liquidiora, motuq; liqueſcūt magis: mixta ergo fæcibus alii, reddūt eas fluidiores. Nō negamus quoq; purgantia suo calore, penetrante, humores liquefari ac separare, quos secretos natura deinde expellat: istam verò propulsionem plurimū iuuari credimus pharmaci trahentis facultate 82. Quan-

MENTORVM PURGATRICE

§2. Quando ergo natura expultrix non facit officiū, medicamentis solicitanda, & ad agendum prouocanda est. Nam tractu pharmaci adiuta faciliūs per aluum expellit humores, etiam concoctos. Nec ita facile expellit, vt concoquit, impedita saepe ob materiæ contumaciam, aut propter meatus clausos, aut propriam debilitatem: vel quia pars præ stupore proritationem pharmaci non sentit

83. Fatemur autem, quod à medicamento exhibito s̄a pe-
numero non familiaris humor euacuetur, nam manna aliquā
do & nigra euacuauit: Rhabarbarum aquas in hydropicis:
Elleborus aquosa & mucosa plurima. At ista à natura ex-
cernuntur irritata, ab ijs quae in ventriculo, primisue venis,
& circa viscera maximè, redundant, eaçp sua malitia affligūt;
Talem sanè purgationem, ratione ~~tñs~~ ^{Non s̄z familiari s̄c} ~~avtawætias~~^{omn.}, magna ex
parte solūm per ~~q̄sip~~ fieri concedimus. Nec propterea ta-
men tractoriam facultatem purgantibus medicamentis de-
negandam esse ducimus. Illorum excrementorum, in hypo-
chondrijs morantium, copia aut crassitie, vis pharmaci tra-
ctoria remorata aut fracta ad remotiora loca non peruenit,
nec ipsa, illis sordibus inuoluta, tractū pharmaci sequi pos-
sunt. His exrementis verò eductis, si pharmacum idem ite-
rata vice propinet, vis eius primūm sese exerit, ac penetrans
proprium humorem etiam à remotis allicere potest: & tum
Rhabarbarū, agaricus, sena, exhydropico corpore nō aquā,
sed crassiores humores euacuabunt: scammonium verò &
iris tenues serofosçp trahent ex non hydropico.

84. Hoc consilio medici prudentes & sagaces ante fortius
medicamentorum exhibitionem, in corporibus impuris &
plenis, lenientia praemittere solent, quae vias communes ex-
purgent, ut per has vias purgatoria ad penitiora perueniat:
Stryptica verò & pinguia post venenum potum propinant,

D ij vt vim

DISPUTATIO DE VI MEDICA

*Cur Hippocratis pinguis
nisi numerus suorum, ut vim horum maleficam infringant, hebetent, ac penetra-
tionem ad cor remorentur.*

Agnitio. 47.

85. Porrò, quanquā agaricus obuiam quamlibet pituitam ad se trahat (agens quippe naturale semper agit in obiectum præsens) eam tamen efficacius & tutius occulta quadā proprietate purgare videſ, quæ in capite aut thorace est adseruata, quām aliud phlegmagogum, niſi multū humoris pituitosi circa prima viscera offendat. Simili quippe vi latēte, certa quædā medicamenta vires suas præcipue ad cor, aut epar, aut vterum, aliásque partes dirigunt, aliorumq; vim ad easdē ducunt; venena quoq; nonnulla certas magis partes lādent.

86. Vtq; vires istæ, partes certas spectantes, augeantur ac roborentur, consulit Mesue, ut pharmacis, exēpli gratia caput purgantibus, addamus nucem muscatam, acorum xyloaloēn, & similia cephalica: naturam enim ait, DEI beneficio, dirigere ac distinguere actiones medicamentorū mixtorum.

*An medicina propria
ta sit alias pectorum
partes.* 87. Non negamus autem, quin medicamenta ad propria- ta, vt vocant, sæpenumero etiam alias partes coporis iuuent, secundariò scilicet, nam expurgato pravo humore, verbi gratia, qui circa epar fuit, in huius locum natura alium ex parte affecta grauata reponit, sua sponte siquidem humores morbificos ab uno loco ad alterum transferre solet, quando eos extra corpus ejcere potens non est. Imō & virtus expul- trix in partibus remotioribus, quæ ab humoribus vitiosis premuntur, per consensum insurgit, eosq; ad locum pharma- ci, ac quidem propter consuetudinē meatuumq; comodita- tē ad intestina propellit. Melius quidē habent articuli, pur- gatisq; his humoribus, qui in illos decumbere solent, & caput iuuatur purgatione eius humoris, qui id infestare solitus est: efficacius tamē ab articulis & capite purgare credimus, cer- ta pharmaca, quām alia non cognata, si modò in his redun- dans

MENTORVM PURGATRICE.

dans humor pharmaco est ἀνάλογο.

88. Reliquum est, ut purgantiū differentias explicemus. *Purgantium diff.*
Quæcunq; ergo aluū purgant, id qualitate nota, vel occulta,
vel vtracq; præstant. Manifesta qualitate excretiones mo-
uent, quæ aluū soluunt, emolliendo fæces, ac lentore suo in-
testinalubrica reddentia, ac ipsorum retentricem laxando,
interioremq; superficiem leuigando, vt facit oleum, buty-
rum, malua, pruna &c. vel quæ humores intestinis tenaci-
ter inhærentes detergunt & abluunt: vel astringente qua-
litate partes, quibus obuiant, ita coarctant vt humores in se
reconditos, extrudant. Nonnulla calore pungēte aliāue mo-
esta mordaciq; qualitate expultricem intestinorum irritant,
vt est ius galli veteris, brassicæ, betæ, aqua nitrosa & salsa
&c. Ista vim purgatricem ex materiæ conditione accipiunt,
& quosuis humores obuios absq; ullo delectu expurgant.

89. Occulta qualitate aluū mouentia duplicita sunt. Quæ-
dam vi quadam naturæ nostræ inimica ventrem turbant, nec
tamen instinctu peculiari hunc potius, quam illum humorē
prolixiunt, vt faciunt oua barborum, venena quædam, præ-
cipitatum, antimonium. Alia inimica quidem vi expultri-
cem irritant, sed insuper ignota quadam συμπαθείᾳ certum
humorē trahunt, hæc ait Mesuē ab infernis eradicare, à su-
pernis attrahere.

90. Vtrisq; qualitatibus aluum mouent, manna, cassia,
tamarindi, myrobolani, aloë, & similia, quæ leniendo, lubri-
cando, constringendo, aut purgando, obuios quidem humo-
res vacuant: interim tamen & certos aliquos maximè prole-
ctant. Cassia partibus calidis & dulcibus detergit, lubricat:
aloë detersoria & mordicante facultate irritat: serum lactis
nitrositate detergit, copiosè exhibitum etiam abluit, præter-
ea tamen delectu quodam humores trahunt.

D iiij Præterea

DISPUTATIO DE VI MEDICIS

2. 91. Præterea purgantium quædam sunt benigna, blandè ac suauiter aluum subducentia, à primis tantum venis trahētia; & quia multum utiles succi participarunt, ab alimentorū natura non multum deficiunt, ideoq; si non purgant, in sanguinem permutantur, vt sunt manna, cassia, succus rosa-rum, violarum, serum lactis, &c.

92. Alia sunt maligna, laboriosè ac molestè aluum soluētia, ac nihil vel parum habent probi succi, ideoq; nisi corrigan-tur, atq; è corpore expurgentur, corpori multum incommodant, nam retenta mutantur in humorē φθαρτικόν, vt suprà diximus. Ex hoc numero sunt colocynthis, scammoniū, elleborus vterq;, esula, turpethum, hermodactylus, asarum, iris, cucumber alininus, thymelæa, chamelæa, euphorbium, lathyris ricinus, bryonia, & huic cognata mechocana radix, gratiola, lapis cyanus, Armenus &c. Hæc etiam φάρμακα nuncupantur.

93. Medio loco sunt, quorum vis paululum se supra epar extendit; vt sunt, rhubarbarum, sena, aloe, agaricus, polypo-
dium, & similia, quæ sine magno labore humores superua-
caneos, alendoq; corpori minimè idoneos, euacuant, si
debita ipsorum dosis obseruetur, recteq; præparata exhibe-
antur. Retenta tamen vertuntur in humorē excrementitium
ei similem: quem vt amicum ducere consueuerant.

3. 94. Tertia purgatoriorum diuisio sumitur à loco, per quē
ducunt & euacuant humores: Alia quidem secessu, alia
vomitu, alia utroq; loco purgant. Quando quidem humor
attractus repit ad superius os ventriculi, potius vomitus
fit: sī ad pylorum & intestina, deiectione per aluum. Frequen-
tius verò ad aluum fertur, primū ob insitam grauitatem,
teste Mesue, & quia plures venæ mesaraicæ ad intestina,
quām ad ventriculum, feruntur: & quia intestina potius,
ut pote

*Emendo diametris
potius fit, q; alii d.
ut pote.*

MENTORVM PURGATRICE.

vipote sedi propinqua, vacuandis excrementis natura desti-
nauit, non ventriculum, sedem coctionis ciborum. Quae in
ventriculum quoque deferuntur, per pylorum potius quam
œsophagum ejiciuntur, nam illum natura expulsiōni, vt
hunc attractioni natura dedicauit.

95. Vomitoria propriè dicuntur ea purgantia, quæ occulta
quadam virtute os ventriculi superius petunt, atque ex alijs
quoque partibus humores est deducunt, quemadmodum facit
helleborus albus etiam umbilico adplicatus. Sic folia la-
thyridis sursum auulsa vomitum, deorsum autem tracta, al-
uum excitare obseruatur est.

96. Nam sunt & alia vomitoria, quæ non aliunde tra-
hunt humores, sed facultatem concentricem ventriculi tan-
tum laxant, roburque eius ac τόνον dissoluunt, vt pinguia &
lubricantia faciunt: vel quæ os ventriculi distendunt, &
arctiorem ciborum amplexum impediunt, vt sunt flatulen-
ta, mel crudum, raphanus: vel mordaci qualitate stoma-
chum lacesunt, saporeque sunt ingrator & abominabili: vt
semen vrticæ, aron, raphanus, vel crassos viscidosque humo-
res stomacho adhærentes attenuant, incidunt & abstergent,
vt est semen erucæ, nasturtij, oxymel, raphanus. Accidit
tamen, vt etiam hisce vomitorijs exhibitis, dum ventricu-
lus ad collectoriū expulsionem insurgit, vicinæ partes, quan-
doque per consensum excitatæ, humores superfluos à se ad
ventriculum protrudant, absque vomitorij pharmaci at-
tractu.

97. Interdum ex defectorio pharaco fit vomitorium,
aut contra, idque vel ob naturam medicamenti, vel ægri, vel
vtriusque simul, vt Mesue prolixè docet. Nam fœtor, aut
rei abominabilis aspectus, vel cogitatio, facit, vt vomitu-
re ieiciantur medicamentū, quod sua natura vomitoriū non est.

98. Quartò,

DISPUTATIO DE VI MEDICIS

F^l. 98. Quartō purgantium differentiæ petuntur ab humoribus varijs quos educunt: quædam enim cholagoga nominantur, flauam bilem ducentia, ut sunt, aloë, scammonium, rhabararum, succus rosarum, violæ, cassia, thamarindi, myrobolani citrini, gratiola, fumaria, absinthiū, lupulus, centaurium minus, spina infectoria, &c. Alia sunt phlegmagoga ut myrobolani chebuli, emblici & bellerici, colocynthis, turpe-thum, iris, ricinus, agaricus, cnicus, bryonia, radix mechocana, sena, gratiola, stæchas, hyssopus, thymus, polypodiū, &c. Alia melanagoga, epithymū, myrobolani nigri, polypodiū, sena, helleborus niger, lapis armenus & cyanus: nonnulla hydragoga, humores serosos ducentia, ut euphorbium, ricinus, cucumber alininus, granum cnidiū, esula, genista, gratiola, soldanella, thymelæa, chamælæa, ebulus, daphnoides.

99. Ut autem bilis cæterorumq; humorum differentiæ variæ sunt, ita & eundem humorē purgantia inter se differunt: manna quidem bilem tenuem educit, rhabararum crassiorē: ex vniuerso corporis habitu scammonium: ex ventriculo ac venis primoribus aloë &c. quæ sanè multiplex varietas ex formarum pendet varietate. Adhæc vnum pharmaceutum plures diuersos ducit humores, non tamen ratione unius, sed diuersarum partium, ex quibus est conflatum. Vbi non raro accidit, ut vis in partibus tenuibus hærens primo emergat, quæ in terrenis & crassioribus est, posterius aut nunquam vires suas exerat, si calor nimirum eas non producat in actum: & si tenues crassosue vincat atq; dissipet prius.

100. Postremo, quum cathartica non omni careant malitia, qua corpori nostro nocere possunt, non temerè exhibenda sunt, nisi aliorum mixtione aut præparatione certa, malignitas auferatur aut frangatur, & obtundatur. Si manifesta qualitate

MENTORVM PVRGATRICE.

Qualitate nocent, facilis est per contrariam correctio: occultis occulta opponantur contraria, quorū tamen cognatio aliqua & concordia sit, vt ex his vna consurgat virtus. Zingiber ait Mesue, sigillat turpetum: raphanus hermodactylus, inter hæc enim est symbolum seu proprietas specifica & occulta.

101. Per correctoria autem studeat medicus minuere vel augere actionem naturæ aut medicamenti, utramq; enim in omni purgatione salubri concurrere oportet. Naturæ quidem actionem iuuamus si aluum soluentibus miscemus, quæ suo calore ipsi naturæ in secretione & propulsione humoris addunt robur: aut quæ expultricem segnem extimulant & excitant, vt facit sal gemmæ & alia nitrosa: aut naturam nimis à medicamentis laceſſitam narcotica vi sensū eius hebeant, ne molestias pharmaci sentiat, vt cum opium additur purgantibus, aut debilitatam recreant, partes principes & nutritorias tuentur & roborant, intemperiem partiū corrigit, vires caloris nativi conseruant, agitationem spirituum compescunt, hosq; augent, quæ nauseam sedant, vt quæ amico & aromatico odore saporeq; & tota substantia nobis grata & iucunda sunt, vt cardiaca & stomachica appellata.

102. Pharmaci vero correctio fit per ea, quæ vim eius tractricem tardam aut debilem accelerant & efficaciorē faciunt, calore substantiam pharmaci attenuando, vias aperiendo, ac penetrandi vim imprimendo, vt longius per corpus diffundi queat: aut humores qui ob crassitiem & lentorem tractioni repugnant, magis fluxiles reddendo: aut insita sibi proprietate tenuitateq; vim eius tractricem ad eum locum, vbi humor vacuandus latitat, deducendo: vel meliorē eiusdem actionem reddimus, quæ illius odorem & sa-

E porem

DISPUTATIO DE VI MEDICIS

porem horridum & ingratum emendant, flatus, quo^s phar-
maca excitant, discutiunt: aut acrimoniam nimis stimulan-
tem & mordentem temperant & obtundunt, vasorum ^{āræs}
^{sōμωσις} & exulcerationem intestinorum prohibent. Quia in
re præstat addere lubrica aut glutinosa & emplastica, quām
astringentia. Hæc enim purgatricem vim reprimunt, atq;
adeo purgationem magis violentam & molestam faciunt,
vnde: Gal. i. nālā τῶν. à pilulis suis coccīs reijcit mastichen
& bdellium. Veteres autem scammonio miscebant aloēm,
quæ vi emplastica acrimoniā illius frangit: eidem Gale-
nus addit castorium, quia attenuat crassa, incidit lenta. zin-
giber turpeto additum non solum tenuem sed etiam crassam
pituitam crudosq; succos euacuat, & quidem celerius: aga-
rici quoque actio tutò acceleratur oxymelite, sale gemma,
& zingibere: Aloēs verò additis aromatibus: epithymum,
vt docet Mesue, cum sero lactis vel hydromelite, vel sale
gemma vel myrobalanis nigris potentius purgat: manna cū
thymo, cardamomo, ammi laudatā facit purgationē: nos rha-
barbo addimus cinamomum, spicam, & schoenanthū: diu-
retica sæpe miscentur, vt facultati tractrii medicamento-
rum & naturæ expellenti aperiant meatus: tremor psyllij &
tragacanthi prohibet ne intestina erodantur: agaricus cum
stœchade affectibus capitīs prodest: epatis verò, cum spica-
nardi & intibaceis: thoracis, cum thymo & hyssopo.

*Ahi conponendis
ratio* 103. Alius correctionis modus est, qui fit per lotionem,
infusionem, trituram, coctionem & alias præparationes ar-
tificiosas. Scammonium namq; in cydonio, aut sapa vel
syrupo rosato coctum fit præstantius. Scylla assata purgan-
tior redditur: Psyllium assatum minus purgat: rhabarba-
rum & myrobalani assando vim purgatoriam remittunt,
astrictoram intendunt. Lapis cyanus & Armenus per mal-
tam lo-



MENTORVM PVRGATRICE.

eam solutionem vomitoria esse desinunt, clementiusq; aluum deſciunt: aloë lota minus subducit aluum, potentius verð partes nutritorias roboret. Esula aceto macerata amittit acrimoniam mordentem: turpetum lacti recenti infusum ventrem turbare desinit: agaricus oxymelite maceratus fit purgantior: medulla colocynthidis tenuiter trita innocens purgat.

104. Noua corrigendi medicamenta ratio nuper à spagyricis est inuenta, qua dum vim purgatricem arte chymica à fæcibus terrenis eliciunt, ac in liquores tenues colligunt, qualitates malignas se auferre gloriantur, Mesue ex philosophorum suorum sententia, separationem rei secundū species à re quæ est secundum materiam appellat. Celerius certè medicamenta ista extracta à calore nostro in actum rediguntur, ac vinculis fæcum terrearum soluta, celerius & altius per viscera permeant, nec interioribus ad hærent. Parum itaq; tutus horum usus est, quando à propinquis locis vacuare solūm volumus.

105. Cæterūm roborantia, quæ aluum mouentibus misceri diximus, vim purgatricem non frangunt, nec tractum horum impediunt. Quemadmodum enim roborans, in substantia cum ipsa natura, ita purgans cum noxio humore conuenit. Naturæ autem aduersatur & medicamentum purgans, & humor noxious, quare illa utrumq; pellit. Dum ergo roborans iuuat naturam, nec purgans medicamentum, nec humorum retinet aut impedit. Quapropter roborans etiamsi purganti est aduersum, eius tamen vim tractricem non impedit, vñā enim cum natura contra pharmacum purgans & humorum purgandum pugnat, neutrum tamen prorsus evincit, quanquam in utrumq; agat: Ac dum agit, fit separatio partium nocentium, quas iam natura potentius expellit.

E ij Quare

Quare leuia purgantia exhibituri, pondus hōrum augemus,
ne in alimentū mutentur, vt in tanto tempore trahant tantūm
humorem, quem volumus, antequam à natura mutata, vim
tractricem amittant. Et quidem natura à roborante adiuta,
facilius mutat purgans : potius verò purgantis augetur do-
sis, quām roborantia omittantur, quia hæc spectant purgās,
quatenus est naturæ inimicum, non quatens trahit humo-
rem. Non autem trahendo solūm, sed etiam expellendo fit
purgatio, vt sæpe dictum est.

105. Vt autem purgatio felix sit atq; tuta, oportet vt non
solūm medicamentum humorī morbiſico ἀνάλογον sit, riteq;
præparatum & correctum, sed etiam vt viæ , per quas pur-
gandū est, liberæ sint & apertæ: atq; vt humores naturæ se-
cernenti & pellenti obedient, tractumq; medicamenti prom-
ptè sequantur. Medicus itaq; pharmacum purgans porre-
cturus, solicitus quoq; sit circa humoris & corporis
vacuandi præparationem, de qua alio
tempore differuimus.

F I N I S.




Q 4077 a




55-





Farbkarte #13



D I S P V T A T I O.
De Medicamentorum purgantium viribus.
Q V A M D I V I N I
NUMINIS AVSPICIO, PRÆSI
de Clarissimo Viro, Domino Ioanne Viscero, Medico
cinæ Doctore, & in inclyta Tubingensium Schola
Professore, Præceptore omni pietate & obseruantia
colendo, M. Ioannes Morhardus Tubingensis, Cal.
Septemb. Anni 1581. in auditorio Medicorum,
hora consueta, pro virium tenuita-
te defendet.



T U B I N G A E,
Per Alexandrum Hockium. Anno M. D.LXXXI.